Quelle: https://manuscripta.at/?ID=37127
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



deq vota humilium respice: atq addexterioq nrāq dexteraq tue
maiestatis extende p Ephesios Fratres estote imitatores dei
sicut filij karissimi. et ambulate in dilectione sicut et xps dilexit vos: et tra
didit semetipsum pro nobis oblationem et hostiam deo in odorem suauitatis
fornicatio autem et omnis immundicia aut auaricia nec nominetur inter vos sicut
decet sanctos aut turpitudo aut stultiloquium aut scurilitas quae ad rem non
pertinet: sed magis gratiarum actio Hoc autem scito intelligentes: quod omnis
fornicator aut auarus quod est idolorum seruitus: non habet hereditatem in
regno christi et dei Neminem vos seducat inanibus verbis: propter hec enim
venit ira dei in filios diffidentie Fratres eramus aliquando tenebre: nunc autem
lux in domino. Vt filij lucis ambulate fructus enim lucis: est enim
omnis bonitate et iustitia et veritate Bri Q Quoniam domine non qualcunque
homo iudicetur gentes in gaudio tuo Inquirendo inimicum meum re
versus in furibundus et prudent a facie tua Tract Ad te leuaui
oculos meos qui habitas in celis Sicut sunt oculi seruorum in manibus
dominorum suorum Et sicut oculi ancille in manibus domine sue
Ita oculi nostri ad dominum deum nostrum donec misereatur nostri
Miserere nobis domine miserere nobis Lucam Illo tpe Erat ihs eiciens
demonium et illud erat mutum Et cum eiecisset demonium locutus
est mutus Et admirate sunt turbe Dixerunt autem ex eis dixerunt
In beelzebub principe demoniorum eicit demonia Et alij tenta
tes signum de celo querebant ab eo Ipse autem ut vidit cogitationes
eorum dixit eis Omne regnum in seipsum diuisum desolabitur Si autem
et sathanas in seipsum diuisus est quomodo stabit regnum ipsius: quia
dicitis in beelzebub me eicere demonia Si autem ego in beelze
bub eicio demonia: filij vestri in quo eiciunt Ideo ipsi iudices
vestri erunt Porro si in digito dei eicio demonia profecto pue
nit in vos regnum dei Cum fortis armatus custodit atrium suum
in pace sunt ea quae possidet Si autem fortior illo superuenerit uincit
eum vestis arma eius auferet in quibus confidebat: et spolia eius dis
tribuet Qui non est mecum aduersus me est: et qui non colligit mecum
spargit Cum immundus spiritus exierit ab homine: ambulat per loca ina